



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

THESES THEOLOGICÆ
DE
FINE ULTIMO,
ET
ACTIBUS HUMANIS,
AD MENTEM
DOCTORIS ANGELICI
S. THOMÆ
AQUINATIS,
QUAS,
INTER SOLEMNIA CANONIZATIONIS
SS. LUDOVICI BERTRANDI,
ET
ROSÆ DE S. MARIA,

Præside R. & Eximio P. F. MARTINO HARNEY, Ord. FF. Prædicat.
S. Th. Doctore, & Professore, Studij Brux. Regente,

D E F E N D E T

Fr. JOANNES VAN OBBERGHEN Ejusdem Ordinis,

Die 25. Septembris, horâ 9. ante, & 2. post meridiem.



3497

Bruxellæ, typis PHILIPPI VLEUGAERT, Typographi jurati, retrò
Domum Cinicam, sub signo Angelici, 1771.

Digitized by Google



I.

F I N I S A C T I O N I S H U M A N A E.

Mnes actiones humanæ propter finem sunt. Finis, alias est, *cui*, alias, *cujus* gratiâ aliquid appetitur: finis *tum* rursus dupliciter dicitur, uno modo res ipsa, quam cupimus adipisci, sicut avaro finis est pecunia; alio modo ipsa adeptio, vel possessio, seu usus, aut fructus ejus rei, quæ desideratur, sicut si dicatur, quod possessio pecuniae est finis avari, & frui re voluptuosa est finis interperati. Ille vocatur finis *qui* appetitur, itemque finis, aut beatitudo objectiva; hic autem finis *quo*, item finis, aut beatitudo formalis. Finis *cui* non tam finis est, quam subjectum. Causalitas finis est simplex amor finis, sumptus, ut spiratio convenientis appetibilis in appetitu, sive ut passivè pendens ab appetibili, non ut activè elicitus à voluntate: nam hoc modo est effectus ejus. Apprehensio non est ipsa causalitas finis, sed conditio essentialiter requisita, ut finis causet. Requiritur autem apprehensio practicæ judicativa sub ratione convenientis, neque sufficit simplex apprehensio convenientiae. Et hoc pro scrupulis. Finis, & bonum, idem sunt. Finis alias intermedius, alias ultimus. Bonum univocè dicitur de honesto, & de delectabili; analogicè autem de utili.

I I.

A G E R E P R O P T E R F I N E M.

Proprium est naturæ rationalis, ut tendat in finem quasi se agens, vel ducens in finem; naturæ verò irrationalis, quasi ab alio acta, vel ducta, sive in finem apprehensum, sicut bruta animalia, sive in finem non apprehensum, sicut ea, quæ omnia in cognitione carent. Nam tota irrationalis creatura comparatur ad Deum, sicut instrumentum ad agens principale, & sicut sagitta, quæ tendit ad determinatum finem ex hoc quod movetur à sagittante, qui suam actionem dirigit in finem: & ita opus naturæ est opus intelligentiæ. Necessarium porrò est, ut derur ultimus finis, & opinia, quæ homo appetit, appetat propter aliquem ultimum finem. Duos ultimos fines simul habere nemo potest. Bene dicitur, quod ille, qui peccat venialiter, inhæret bono temporali, non ut fruens, quia non constituit in eo finem, sed ut utens, referens in Deum, non actu, sed habitu. Actio Dei, ut se tenet activè ex parte Dei, non est propter causam finalem; sed prout se tenet ex parte effectus.

B E A T I T U D . O .

Finis ultimus, sive beatitudo, objectivè in solo Deo consistit; beatitudo formalis, sive assecutio rei, quæ est ultimus finis, necessariò debet esse operatio à Beato producta, & quidem essentialiter operatio intellectus, nimirum intuitiva cognitio, sive visio Dei. Visionem Dei consequitur in voluntate dilectio, & delectatio; sed neutra est formaliter ipsa beatitudo. De fide est, animas Sanctorum, exutis corporibus, si plenè fuerint purgatae, essentiali beatitudine potiri. Ea post resurrectionem son erit major, ut neque essentialis pena damnatorum, sed accidentalis, tum beatitudo, tum pena, plurimum accresceret. Inaequitas beatitudinis etiam fide constat. Licet contingat, quod homo in via charitatem habeat intensiè majorem charitatem, quorumdam, etiam Angelorum in patria; aliund tamen, qui minor est in Regno Celorum, maior est illo: cum quia incomparabiliter major est claritas in intellectu beati, tum quia beatitudo abundantè annexata haberet imparabilitatem; & inanimis fibilitatem.

VOLUNTARIUM.

Post Tractatum de ultimo fine, congruo eridine S. Thomas agit de Voluntario. Ad Voluntarium requiritur tum processio à principio intrinseco, tum cognitio finis, ad quem proceditur: & quia cognitio finis est multiplex; multiplex est & Voluntarium. Bruta cognoscunt materialiter id, quod est finis, sed non formaliter, prout est finis; id est, non cognoscunt proportionem actus ad finem: & sic in actionibus animalibus est prius imperfecti Voluntarij gradus. Ratio autem etiam illam proportionem cognoscit; & inde sequitur Voluntarium perfectum. Tertid denique est apprehensio finis cum indifferentia, & hanc sequitur Voluntarium liberum. Ut omisso (& idem est de effectu secuto) sit indirecte, etiam physiscè duntaxat, voluntaria, requiritur, ut omittens non tantum potuerit, sed & debuerit omittere actionem. Voluntas in actibus à se elicitis violentiam nullam pati potest: in actibus à se imperatis, sed elicitis ab alijs potentijis, potest violentiam pati: ipsæ interim aliæ potentiae in actibus à se elicitis nullam violentiam patientur.

V.

LIBERUM.

Potest dici quædam libertas, voluntatis, ut natura est, ad quam sufficiat perfectum in ratione iudicium, & in voluntate motus spontaneus absque coactione, etsi desit indifferentia; & talis libertas est in amore beatifico, & processione Spiritus-Sancti: sed voluntatis, ut voluntas est, sive arbitrij libertas, secundum quæ agens habeat dominium sui actus, essentialiter requirit indifferentiam. I. p. qu. 19. a. 10. & qu. 41. a. 2. in corpore, & ad 3. Aliud est, quodd S. Thomas doceat, ad liberum arbitrium non requiri indifferentiam contrarietatis, aut potentiam peccandi; & aliud, quodd doceat, non requiri indifferentiam contradictionis, sive potentiam non agendi, dum agit. Primum siquidem est verum, secundum est falsum. Deinde ergo, & Beati, in visione, & in amore, prout erga primarium objectum, id est, ad Deum ipsum terminato, non sunt liberi arbitrij; sed in eodem amore, ut ad creaturas terminato, sunt libertimi, etiamsi non possint aliter creaturas amare, quam propter Deum. Unde sequitur, libertatem arbitrij non esse summam voluntatis perfectionem.

VI.

VIOLENTIA, METUS.

Violentia causat involuntarium simpliciter. Ut autem censeatur esse violentia, requiritur, & sufficit, ut patiens resistat omnibus viribus, quibus potest, juxta materię qualitatem: quodd si actus est contra præceptum naturale, censebitur voluntarius, nisi patiens resistat, quantum absolute potest. Quæ per metum aguntur, misera sunt ex voluntario & involuntario, voluntaria quidem simpliciter, involuntaria vero secundum quid; non tamen semper. Quando enim aliquid fit ex metu, malum, quod meruit, potest tam grande, & tam vivaciter proponi, ut evacinet complacentiam boni oppositi, unde oriebatur involuntarium secundum quid; maximè si bonum oppositum facile possit apprehendere tanquam tenue bonum, v: g: deambulaturo extra moenia objicitur evidens discriben à latronibus. Et sic potest intelligi in timore gehennæ; qui tunc vocari potest servilis ex parte ejus, quod timetur, & quod substantiam, (nimis amittere poena, quam timent servi) sed non servilis ex parte modi, dum quis timeret poenam, non, cum renitentia adversus opus, sicut renitit solent servi manu capti.

CON-

V I I.

C O N C U P I S C E N T I A.

Similiter concupiscentia causat voluntarium, sed per accidens admittit mixtum voluntarij. Concupiscentiae nomine accipimus omnes passiones, excepto timore. Supposita distinctione trium graduum voluntarij, prout thesi quartâ, concupiscentia, nimis antecedens, primum voluntarij gradum nec tollere, nec minuere potest: secundum, & tertium, quod illud, quod eis ex primo gradu commune est, nempe quoad intentionem, & conatum, etiam auger; sed quoad proprias eorum rationes, & minuere, & tollere potest. Unde non omnis voluntatis motus ex inordinata concupiscentia, peccatum est. Quod fit ex habitu non retractato, magis voluntarie, magisque etiam liberè fit, quam sine habitu; quantumvis absque magnâ deliberatione soleat procedere. Non tamen semper operatur ex habitu, qui cum habitu operatur.

V I I I.

I G N O R A N T I A.

Omnis ignorantia de se habet, quod faciat actum, quem causat, involuntarium esse. Consequens ignorantia per accidens causat voluntarium simpliciter. Peccata, quae ex culpabili juris ignorantia sunt, sunt ejusdem speciei, cujus essent, si fierent sine ignorantia. Respectu juris naturæ distinguenda sunt tria genera præceptorum, primum communissima, v: g: quod homo nulli debet male facere: secundum, magis determinata, quorum rationem quilibet, etiam popularis, potest de facilis videre: tertium, quorum ratio non est adeò quilibet manifesta, sed solum sapientibus, v: g: de polygamiâ, de repudio sterilis. Decalogi præcepta sunt in secundo genere, adeoque prout tertio generi comparata, quandoque vocantur prima, sicut 2. 2. qu. 122. 4. i. in corpore, & quandoque secundaria, sicut 1. 2. q. 94. a. 6. in corp. Cæterum stando in superiori divisione, supponentes, primi generis nullam dari ignorantiam, quæ omnino excusat à peccato mortali, in tertio genere eam quandoque posse dari adiutius, sed nullatenus respectu præceptorum Decalogi. Et de fornicatione quidem notabilis est locus 3. p. qu. 80. a. 4. ad 5.

I X.

C I R C U M S T A N T I A.

Circumstantia est accidens aliquod humani actus, ad ejus bonitatem, vel malitiam pertinens. Aliæ novam addunt speciem, aliæ non: sed omnes circumstantiae, sive varient genus & speciem, sive non varient, verè dicuntur, & sunt accidentia humani actus, secundum quod in specie morali proximâ, primariâ, & invariabili, imò & prout in individuo istius speciei consideratur: respectu autem speciei, quam constituant, non sunt accidentia. Communiter, & bene comprehenduntur hoc versiculo.

Quis, quid, ubi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando.

Principua circumstantia ex fine, non operis, sed operantis desumitur. Quando objectum actus est bonum, & finis bonus; vel quando objectum est malum, & finis malus, nec per se coördinantur ad invicem, sunt ibi duas species morales: quando vero objectum actus est bonum, & finis malus, (ut eleemosyna ad vanam gloriam,) vel quando objectum actus est malum, & finis bonus, (ut fartum ad eleemosynam,) tunc unica ibitantur est species, nimis malitia.

M O T I V U M V O L U N T A T I S.

Voluntas ex parte objecti, & quoad specificationem moveretur ab intellectu, sicut formaliter, sed quia ipse voluntati proponit id, à quo volitus speciem habuit. Ab appetitu etiam sensitivo quoad specificationem moveretur, indirecte tamen, & mediata. Voluntas vicissim omnes alias potentias, exceptis vegetativis, quoad exercitium movet. Ipsa autem effectivè, sive quoad exercitium, non moveretur, nisi à se ipsa, & à Deo, simul quidem tempore ab utroque, sed prius natura moveretur à Primo Motore, quam à se ipsa: quæ prouinde motio rectè vocatur Physica Prædeterminatio. An verò sic concurrat Deus ad id, quod entitatis est in peccato? Non est timendum, ubi non est timor. Non timuit autem dicere Augustinus l. 2. de Lib. Arb. c. 20. *Omne bonum ex Deo; nulla ergo natura est, quæ non sit ex Deo. Morus ergo ille avertionis (quem fatemur esse peccatum, quia defectivus morus est, omnis autem defectus ex nihil est), vide quod pertineat: & ad Deum perire non dubitabis. Quia tamen defectus, quoniam est voluntarius, in nostrâ positus est potestate. Vide & totum c. 21. de Gratia & Libero Arbitrio.*

X I.

V O L U N T A T I S S E M O V E N S.

Quartuor statuimus modos, quibus dici potest, voluntatem se movere, vel non movere: primus generalissimus, secundus generalis, tertius proprius, quartus propriissimus. Generalissimo modo, & Physicè tantum se móvet, inquantum actum, quem producit, intra se recipit; omne enim recipere est moveri: & hoc habent omnia viventia. Secundo modo se móvet animaliter, inquantum ex apprehensione boni consequibilis tendit ad illud consequendum. Et isto generali modo etiam bruta dicuntur se movere in finem. Tertio modo intellectualiter, & proprie voluntas móvet se in finem cognitionis formaliter, & perfectè, prout in secundo modo voluntarij, Thesi quartâ. Quarto modo propriissime voluntas se móvet, ut voluntas est, sive se móvet ad volendum, quia vult se velle transitivè, id est, quia vult unum unâ volitione, inde transit ut aliâ volitione velit aliud consequens ex primâ volitione: v. g.: dum ex præsupposito sanitatis amore elicit volitionem medicinæ.

X I I.

S P E C I A L I S M O T U S.

Universos itaque in individuo motus voluntatis nostræ, immediate, efficienter, & applicative operatur Deus, ut est motor generalis; sed aliquos etiam ut motor specialis producit; (voluntate interim nostrâ minime exclusâ ab immediata efficientia omnium motuum suorum) & sic aliqui voluntatis nostræ motus specialiter Deo attribuuntur, & non nostræ voluntati; aliqui specialiter nostræ voluntati, & non Deo. Arque hoc Thesi XI. vocabamus, Voluntatem propriissimè se non móvere, vel móvere. Observa autem, quod speciali isto modo voluntas sèpè móvetur à Deo, etiam dum liberè agit; neque iste specialis motus est ad solum eam boni in communi volitionem, quæ simpliciter prima est, sed ad primam cujuslibet ordinis volitionem finis, sive universalis, sive particularis, præserium (ut habes l. 2. qu. 111. a. 2. in corpore) cum voluntate incipit bonum velle, quæ prius malum volebas, quod profecto liberè facit.

APPENDICES.

AD Theſim I. Admiranda eſt utriusque Sancti noſtri LUDOVICI BERTRANDI, & ROSE DE S. MARIA adhaſio ad Deum, tanquam ad finem ultimum; à quo ratione decurſu ne vel ſemel per peccatum mortale defuerere, ille 55. annorum ſpatio, hac 31. illo natuſ. Valentia in Hispania Tarragonensi, 1. Januarii 1526. ibidemque de nutzen 9. Octobris 1581. hec à Calo terrū data 20. Aprili 1586. Lime in Ameriā Meridionali, ibidemque Calo reddit a 24. Auguſti 1617. ambo demum à SS. D. CLEMENTE X. ſolemni Canonizationis ritu Sanctorum catalogo adscripti 1671. 12. Aprilis.

Ad II. Ecce quām citò ſpiritu Dei aguntur in finem ſupernaturalem, LUDOVICUS quidem primo aetatis ſeptennio totum Officium B. V. in quotidianum penſum аſſumens, quod numquā omiſit; ROSA verò Magistra ſua S. CATHARINÆ SENENSIS imita-
tione, quinto aetatis anno Virginitatem Sponſo Virginum vovens.

Ad III. Qui vitam ROSÆ perpenderit, quiſ eam dabit ex illis fuſſe, qui multorum Angelorum charitatē in hāc viā ſuperarint? Sicne & ſtatim à morte S. LUDOVICI rap-
tu in ecclafim B. M. NIC. FACTOR, exclamabat, cum uſque ad Seraphinos elevatum.

Ad IV. Mortuis Idolorum Sacerdotiſ offa grandi ſuperſtitione culta ſurripit S. LUDOVICUS, id illi veneno uliſſuntur. Egrotat Sanctus, & quinto die reuenenum miraculo eru-
mit ſpecie ſerpentis. Interim, vi facta, Indi auferunt offa. Dolet ille; ſe vi morbi prohibi-
tum: ſe präſente non recepturos fuſſe, niſi ipſo occiſo. Gallicus vita ejus interpres refert
LUDOVICUM offa reddidiſſe, & id licuiſſe conatur adſtruere. Sed errat in facto, & errat
in doctrinā; nam ſic LUDOVICO voluntaria fuſſet Indorum idolatria.

Ad V. Ne putaremus perpernum morsificationis ſtudium à naturali quādam propen-
ſione proficiſci, nec ſariſ liberum fuſſe, LUDOVICUS ab aliis meditationibus, ROSA, dum
moveretur aſperitate lectioni, (nam equulco ſimiliter erat) etiam apparitione CHRISTI Do-
mini confortari debuit, dicentis, Aſperiorē ſibi in Cruce lectioni fuſſe.

Ad VI. Meritis gehenna eſſet malus? ubi inter acerrimos dolores exclamitabat LU-
DOVICUS: Domine, hāc ure, hāc ſeca, hāc nunquam parcas, modò in æternum
parcas. Et ROSA, in extremis desolationibus nihil timebat aliud, quām ne diuinā gratiā
excidiferet.

Ad VII. Tanto conatus, ex frequentatiſ actibus bonis, nihilominus liberrimè ſe operari,
LUDOVICUS ab oratione impinguato vulnu, ROSA cantu, & verſibus teſtabatur.

Ad VIII. Ignorantiae in LUDOVICO locus non fuit, cui inter cetera prodigia familia-
re erat varias Indorum linguaſ uno Hispano idiomatic ſe ſupplere, ut ab omnibus intellige-
retur; neque in ROSA, quam unctio Spirituſ ſe docuerat de omnibus, ut Doctores eam exa-
minantes, vix ſe diſcipulos reputarent.

Ad IX. Circumſtantia finis ultimi in omnibus Sanctorum actibus ita adeſſe ſe-
lebat, ut adhaſio ad illum nullo externo negorio interrumperetur.

Ad X. Quād fit Deus, qui in nobis operatur ipſum velle, & perficere pro bona voluntate,
perpetuò agnoscabant ſecundum ſcientiam Sanctorum LUDOVICUS & ROSA.

Ad XI. Quòd etiam voluntas se m̄b̄vet, antīadverens LUDOVICUS, navigabat ad
jacentales Indos, ibique Apostoli instar fermōneū confirmans sequentibus signis, mult
illa convertit, fructu majore, quād ullus ibidem: nec non ROSA immenso zelo Americani
m̄ suorum perditionem flebat, conversionem promovebat.

Ad XII. Etsi prophetia tam fuit familiaris LUDOVICO & ROSE, ut penē videatur
connaturalis facta fuisse, ad singulas tamen cognitioes speciali motu indiguerunt.

Ad XIII. Accesserunt ad privilegia hominī integrī, etiam p̄t imperium in creaturās
irrationales, LUDOVICUS per omnigena miracula, etiam undecim mortuis resuscitatis, &
ROSA inter cetera, laudando Dēum etiam arbores inclinans, & volucres natu rēgens.

Ad XIV. Superatis per Dei gratiam passionibus, LUDOVICUS & ROSA, in modo ap-
plicandi se ad actum magis similes fuerunt homini integro, quād lapsō.

Ad XV. Causa huius modi vivendi referenda est singulariter in S. Eucharistiam, cuius
sacro pabulo facebatur se ROSA, (& signa probarunt) quasi ipsomet ē Celsus Sole in pecto
accepto ascendit, & illustrari; LUDOVICUS verò ita, ut non tantum adipe, & pinguedine
repleretur anima ejus, sed & corpus alias exangue, ac facies radiaret.

Ad XVI. Hinc non mirum, ita in martyria exarsisse LUDOVICUM, atque ita indicibi-
liter ROSAM exultasse, dum putat, se pro VENERABILI hoc SACRAMENTO mille tor-
mentis hostiam fore. Qui Calix dum atrisque negatur, patiendi scimus, omnigenis dolorum
instrumentis, sicut oves occisionis temperarunt.

Ad XVII. Ambo de suā prædestinatione celitus edicti, ita ut ROSA Confessario diceret. Mal-
le se credere, quād facta esset saxum, quād non amaret Deum, aut non amaretur à Deo.

Ad XVIII. Ita tamen sciērunt distinguere inter id, quod erat ex Deo, & ex se, ut LUDO-
VICUS monenti, quād mortuum suscitasset, responderit. Si hoc Lucifero permetteretur, non ideo
fore meliorem; & ROSA nihil magis de se crederet, quād pessima foret generis humani.

Ad XIX. Es bene humiliat se, timēque omnis creatura: nam quantūm est ex se, peccares,
sicut peccavit Lucifer, qui erat sanctissimus, & sapientissimus.

Ad XX. Nos de istis disputamus: Sancti vident, sicut statim à morte B. LUDOVICI
rapti in ecclasiū Beata mem. P. NICOLAUS FACTOR Ord. FF. Min. exclamabat: Tu
jam experiris LUDOVICE, an in actu intellectus, an voluntatis beatitudo consistat.

Ad XXI. Frui creaturis adeò noluit LUDOVICUS, ut nunquam visus sit in latitudo ef-
fusus, adeò noluit ROSA, ut ipsos Angelos amandaret, quād suo Fine Ultimo frueretur

Ad XXII. O quād delectationes carnis tenue sunt bonum! quas bōnorū fēs delectissimis
suis ita negat, ut non contentus eis austerritatibus, quas sibi ultro abundantisimè adhibebant,
etiam LUDOVICUM iugis timore inferni contereret, & ROSAM 15. annis, desolatiōnibus
Inferni, ac Purgatoriū, quotidie integrā, ut minimū, horam immergete denique su-
per omnia tormenta, amarissimā fīs usque ad mortem, de absinthio Crucis tua inebriaret.

Ad XXIII. Non obstante inextinguibili animarum zelo, ex Indiis discessit LUDOVICUS,
ab integrissimo Episcopo Chiapensi Fratre BARTH. DE LAS CASAS per litteras moniti,
Videret, quid ageret, si in Foro Penitentia absolvet quosdam Nobiles, qui aduersus chari-
tatem excedebant, & se in multis rubeantur probabiliter opinioris quoramdam Doctorū.

1261

THESES THEOLOGICAE
DE
L E G I B U S,
ET
R E L I G I O N E,
AD MENTEM
DOCTORIS ANGELICI
S. THOMÆ
AQUINATIS,

QUAS


Præside R. P. F. MARTINO HARNEY Ordinis FF.
Prædicat. S. Th. Licentiato, & Professore.
Studij Brux. Regente,

D E F E N D E T

Fr. ANTONIUS CHAUFOURIAU ejusdem Ordinis,

Die 14. Martij, horâ 9. antè, & 2. post meridiem.





VII. M U T A T I O L E G I S H U M A N Æ.

ET si Lex Humana mutabilis sit, non tamen semper mutanda est, quoties occurrit aliquid melius: nam ad observantiam Legum plurimū valet consuetudo; quæ in tantum etiam potest invalescere, ut legem statuar, vel abroget, idque non solum quando præter legem agere non est malum, in casu scilicet, quo deficit Lex, sed quandoque etiam, quando ille, qui incipit primò contra Legem agere, male facit. Semper tamen tacitus Legislatoris consensus requiritur. Ille, qui est Legislator, si consentiat in actum, vel suadeat contra Legem, non idem semper dicendus est consentire in abrogationem Legis. Ex hoc quod aliquis constitutus est subalternatis rector multitudinis, censetur posse in Lege superioris dispensare, quoad levia, frequentia, & propria. In lege Superioris nemo validè dispensat sine causa legitima. Legislator si in Lege, quara ipse posuit, dispensat absque causa, peccat, videtur tamen ad hoc valere, ut dispensatus non peccet mortaliter, & non faciat actuū iriticum. Peregrini regulare se debent iuxta Leges loci, in quo sunt. Qui ē lodo ubi festum est, transi ad locum ubi non est festum, ut ibi labore, & simile est dejeanio, si verè peregrinatur, non censetur agere in fraudem.

VIII. L E X P O E N A L I S.

EST in omni Legislatore potestas coactiva ad poenam transgressoribus infligendam. Supremus Legislator, quia nemo in illum potest exercere potestatem coactivam, liber est à poena humana, & sic Papá nullam juris humani poenam incurtere potest, quantumcumque veller, nisi impropterē per modum pacti, &c. Aliquæ Leges sunt mixtæ, obligantes sub calpā &c poenā. Possunt etiam dari Leges, sub solā poenā, & non sub culpā obligantes ad actum immediate intentum. Talia sunt multa Religiosorum Statuta. Semper tamen est ultimā aliqua obligatio sub calpā, vel faciendi actum immediate intentum, v. g. servandi silentium, vel subeundi poenam. Sæpè ipso facto ante omnem sententiam iucurruntur poenæ privativae, imò etiam aliquæ, ad quas exequendas aliqua requisitur actio delinquentis. Aliquæ Leges penales requirunt sententiam solam declaratoriam culpæ, aliquæ declaratoriam poenæ, aliquæ indictivam supplicij, aliquæ executionem per Ministrum Justitiae. Ad evadendam poenam non satis est illam ignorasse: sed quod excusat à culpā, excusat à poena. In quantum homo per peccatum destitutus originali justitia, & vigore rationis, ipse impetus sensualitatis, qui eum dicit, habet rationem legis, in quantum est penalitatis, & ex Lege Divinâ consequens hominem destitutum propriā dignitate: & hæc est Lex Fomitis.

IX. D U B I U M , C O N T E M P T U S , &c.

IN dubio, an lex sit lata, & similibus, male adhibetur hoc proloquiunt: *In dubio melior est conditio possidens*. In dubio de honestate legis præsumenda est honestas. Dubius, an licet præter verba legis agere, debet, si potest, consulere Superiorē; si Superiorē consulere non potest, debet servare verba legis, nisi sit urgens necessitas: nam tunc locus est Epiekeiae, sive Aquitati. Quando clarus est casus, quod lex definat contrariè, non est necesse accedere Superiorē. Qui ob titulum coloratum, cum errore communi, exercet munus Legislatoris, accipit potestate in ad singulos actus. Res Phycie parva potest sub peccato mortali præcipi, si moraliter magna sit: item rem magnam potest Superior velle præcipere dum taxat sub veniali. Cujuscumque legis contemptus est peccatum mortale. Potest quis contemnere materiam legis, & personam Legislatoris, & non legem. Sed ad hoc ut quis peccet ex contemptu, non requiritur, ut habeatur idē moveatur ad non obedientium, quia alter Superior est, sed sufficit, quod ad faciendum contra legem procedat ex hoc quod voluntas ejus renuat subjici ordinationi legis.

RE L I G I O virtus ab omnibus alijs virtutibus distincta, respicit propriè solum Deum. Objectum ejus materiale sunt res omnes, quas Deo per actum cultus possumus offerre: objectum ejus formale est illa imperfecta æqualitas, quam cultus Dei ponit inter creaturam colem, & ipsum Deum, quem colit, quatenus reddit honorem, quem potest, in qualementique solutionem debiti, quod contraxit per creationem, redemptionem, &c. ita ut excellens perfectionis divinitatis remota, & non proxima ratio Religionis. Unde neque est virtus Theologica, licet habeat Deum pro objecto, cuius immediato; sed est post Theologicas primæ omnium moralium. Non est alia virtus, quæ Deum colimus, ut Patrem, ut Dominum, ut Redemptorem, &c. aut quæ grati sumus, & quæ fideles. Licet non sint duas charitates, quæ diligatur Deus, & quæ diligatur proximus propter Deum, sunt tamen duas virtutes, quæ colitur Deus, & quæ proximus: nihilominus proximum, & alias creatoras propter Deum possunt colere virtute Religionis, actu Latriæ scilicet relativæ. Plus est colli Dulia absolute, quam Latriâ relativæ. Religio est in voluntate, sicut in subiecto; aliquos tamen actus habet elicitos in alijs à voluntate potentij. Virtutibus Theologicis secundum quid, alijs simpliciter imperat.

X.I. D E V . Q T I Q , O R A T I O .

DE V O T I O est actus specialis elicitus à Religione, quo voluntas se ipsam experitam offert Dho. Ejus causa est Meditatio, seu Contemplatio, eo modo, quo cognitio concurrevit ad actum voluntatis. Effectus ejus per se est lætitia, per accidens tristitia. Oratio etiam est actus elicitus à Religione. Non est solum desiderium, sed petitio, sive deprecatione, & consequenter actus intellectus practici. Orare proprium est rationali creaturæ. Solus Deus orandus est, tanquam per quem nostra desideria implentur. Sanctos in patriâ etiam convenienter oramus, non ut per eos Deus nostras Orationes cognoscat, sed ut eorum precibus & meritis fiat, quod per orationes Sanctorum Deus implendum dispositus. Modus, quo Sancti nostras Orationes cognoscant, optimè exponitur dicendo, quod in Verbo, & consequenter ab initio suæ beatitudinis. Animæ in Purgatorio non cognoscunt Orationes, si quæ ad ipsos fundantur. Bona spiritualia absolute, temporalia vero non nisi ut conaduentia ad spiritualia petere debemus. Orans, etiam peccator, impetrat infallibiliter, si orat pro se, necessaria ad salutem, pie, & perseverauerit.

X.II. O R A T I O P U B L I C A .

ORATIO publica, quia innocentia debet toti populo, rationabiliter institutio est, ut voce fiat. Quamvis tamen non omnes omnia intelligent explicite, non ideo Oratio Vocalis inutilis est. Quin & ita potest istud incommodum aliunde compensari, sicut modò in Ecclesiâ Catholica compensatur, ut expedit prohiberi, ne præcipue Preces Publicæ siant lingua vulgari. Ad omnem Orationem efficiens liter requiritur Attentio actualis, vel virtualis; habitualis non sufficit. Attentio potest esse ad tria, & sufficit, si sit ad quodlibet illorum, ad verba, ad sensum, & ad finem Orationis. Non est sufficienter attentus ad verba, qui non committens errorrem in legendo, est voluntarie distractus circa sensum, vel finem Orationis. Ad Preces Canonicas recitandas sub mortali peccato obligantur omnes in majoribus Ordinibus constituti, Beneficiati, ac probabilius etiam Religious, ac Religious, quibus Regula, vel Constitutio affidentiam Chori præscribit. Beneficiarius non recitans obligatur secundum ratam officiorum, etiam ante sententiam Judicis, ad restituitionem fructuum, omnium quidem, si habet beneficium simplex, sed secundum aliam proportionem, si habet beneficium cum cura, vel alio onere.

Aterioris mentis reverentia consistit, secundariò autem in quibusdam corporalibus humilitatis signis. Soli Deo propriè debetur, creaturis æquivocè. Humanitas Christi diverso respectu potest adorari Latria, & Dulia. Imagines eodem cultu relativo tamen, quo prototypa, colendæ. Oblationis præcipua species Sacrificium Soli Deo offerti potest. In Novo Testamento non est nisi unum numerò, in quod omnis Sacrificij perfectio superabundanter reperitur. Ad Sacrificij rationem requiritur rei oblatæ immutatio destructiva. Oblatio, & combustio v.g. cerei non est Sacrificium. Ad Sacrificium interius omnes tenentur, & sic omnes Christiani sunt Sacerdotes; ad Sacrificium exterius convenit speciales deputari ministros. Si quicquid ita exhibetur, ut integrum maneat Divino cultui deputandum, vel in usus ministerium expendendum, erit Oblatio, & non Sacrificium. Decimarum leges in Veteri Testamento partim erant morales, partim judiciales: in Nova Legi radicalis obligatio manet eadem, sed determinatio est juris humani, & variè mutari potest. Clerici opulentij patrimonij non est illicitum admittere, etiam ex pacto. Decimas & stipendia. Quæ ex Decimis & Oblationibus supersunt victui ministrorum, jam non ex iustitiâ debentur pauperibus; debentur tamen cum maximâ obligatione charitati.

XIV.

V O T U M.

Votum quoque est Religionis actus. Ad Voti votorem non sufficit propositum sed requiritur promissio, et si deficit animus servandi promissum. Deliberatio tanta requiritur, & sufficit, quanta ad peccatum mortale. Debet esse de meliori bono, quam sit ejus omissione: hinc invalidum est votum non servandi consilia, & votum nubendi, etiam in eâ, quæ causâ vitandæ fornicationis nuberet; & generaliter omnem votum de re, quæ est impedimentum ascendendi ad perfectiora: licet valeat votum de re, quæ simul cum majori perfectione exerceri nequit. Peccatum veniale si scienter Deo promittitur, peccatum mortale committitur. Res indifferens manens indifferens, non cadit sub voto valido. Si finis matus est finis applicationis ad votendum, valet votum; non valet autem, si est finis rei votæ. Melius est aliquod facere ex voto, quam sine voto. Obligatio voti est sub gravi crimine, etiam in materia parvâ, si est materia totalis. Votum simplex solum habet rationem promissionis, Solemne habet rationem traditionis perfectæ, & acceptatae: addendique differtur specie. Votum Simplex Clericorum Societatis, & Solemne, quod fit in susceptione Ordinis Sacri, solum ex instituto Ecclesiæ habet, quod irritat Matrimonium subsequens: at Votum Solemne Religionis approbatæ hoc habet ex naturâ sua. Votum non addit rei votæ speciem particularem, praterquam Religionis.

XV.

D B S I T F O V O T I.

Votum obligare definit Dispensatione, Irritatione, & Commutatione, & hoc per se; per accidens vero Definitione, & Absentiâ Conditionis, & Mutationis Materiæ. Vovisti non transire per talē plateam, quia illi habitat meretrix, motu illi liber es à voto. Vota filiorum realia possunt irritare parentes & qui parentum loco sunt, usque ad annos 25. & personalia usque ad annos pubertatis. Probabilius est, quod pater votum filij factum ante annos pubertatis, possit irritare post annos illos, si antea non haberet ratum! Commutare in evidenter melius quilibet potest; ad commutandum in minus, vel æquale, requiritur auctoritas. Qui potest dispensare, potest mutare. Dispensare in voto non est dispensare in lege, (si quidem lex de impiendo voto indisponibilis est) sed est determinare, hoc non esse amplius materiam voti. Ad dispensationem iure ordinario requiritur auctoritas Prelati, non sufficit Praelare, aut Parochi. Dispensatio nulla est, si vera causa non subest. In votis solenni, quod est agnoscere Ordinem Sacrum, potest fieri dispensatio, sed in voto solenni

XVI.
Urare, sive Deum in testem invocare, si ad sint tres comites, Justitia, Judicium, & Veritas, est Religionis actus, & sic non est malum, sed à malo est, scilicet à necessitate infirmitatis eorum, quibus aliquid suades; quæ utique infirmitas malum quoddam est. Unde non est per se appetendum; & sic jubemur non jurare omnino. Per creaturas, velut per res summâ reverentiâ dignas, jurare non licet, sed dumtaxat, in quantum in eis Divina veritas manifestatur. In Juramento Assertorio pars veritas materiæ non excusat à peccato mortali, si veritas deest: in Promissorio est etiam obligatio sub peccato mortali, ut verum fiat, quod juratum est. Latroni extorquenti pecunias si juratus promiseris, teneris ex virtute Religionis ei solvere, sed non ex obligatione justitiae, neque latro acquisivit jus ad rem promissam; unde & te mortuo non tenetur hæres tuis. Error circa substantiam rei juramento promissæ invalidat juramentum; & sic Gabaonitis Josue non obligabatur. Si juramentum vergit in deteriorum exitum, non obligat. Ab eo, qui jurabit per falsos Deos, licet quandoque exigere juramentum, sed non ab eo, quem scis pejeraturum, nisi exigit judex ad instantiam partis. Jurare cum restrictione mentali est pejerare cum restrictione mentali. In juramento promissorio, si non est præjudicium tertij, possibilis est dispensatio.

XVII. S I M O N I A.

Imonia bene definitur, Studio & voluntas emendi, vel vendendi aliquid spirituale, vel spirituale annexum. Simonia mentalis est vera Simonia, licet absit pactum. Ad Simoniam etiam realem, non requiritur, ut spirituale temporali committetur, tanquam pretio æquali, sed sufficit, quod temporale quocumque, sit principale motiuum dandi spirituale. De labore, & obligatione non intrinsecâ actioni sacræ, ut & de stipendio, pacisci licet. Realis est Simonia: Elige me in Priorem, faciam te Supprium, vel Lectorem; mentalis autem, si idem te eligam Priorem, ut fiam v.g. Lector. Iconomachii furorum licet placare pecuniæ, & generaliter redimere vexam: at si quis non vult baptizare, etiam infantem, nisi accepto pretio, ibi plus est, quam redimere vexam, & sic pretium dare non licet. Pro generali denique regulâ amplectimur doctrinam S. Thomæ 4.d. 25.q.3.a.3. ad 7. Ille qui dat ratione consanguinitatis prebendam alicui principaliter, aut intendit temporale bonum illius, cui datur, & non alicuius: & sic peccat graviter, sed Simoniam non committit, quia non vendit, cum nihil accipiat: aut intendit aliquid bonum in se ipsum redundans, sic quod magnificetur per hoc, & nobilitetur dominus sua: vel quia ipse in consanguinitate fit fortior, & sic ipse aliquid accipere sperat, pro quo spiritusq; dat, & Simoniam committit. Soli Simoniaci reales privatur omni eo, quod accepserunt.

XVIII. S U P E R S T I T I O , S A C R I L E G I U M .

M Edium, quod est in Religione, non potest excedi secundum circumstantiam quanti, sed secundum alias circumstantias exceditur à Superstitione, cuius variæ sunt species. Divinatio per quælibet vanam, in quantum effectus non potest expectari, nisi à Dæmonie, Superstitione est, & consequenter peccatum mortale. Per certum numerum precum, aut temerè determinatam invocationem certi Sancti, aut certa verba collo v.g. appensa, cerid expectare effectum aliquem disparatum, pura sanationis, aut liberationis à periculis, non potest non esse superstitionem. Si adhibeantur præterea res, aut verba sacra, vel character S. Crucis, insuper est Sacrilegium. Signa maleficij tollere licet. Quem scis superstitione aliquid facturum, non licet adhibere. Sacrilegium, sive violatio rei sacræ, potest fieri contra personam, rem, aut locum sacrum. Opponitur Religioni.